

Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem
libros partitum**

Marulić, Marko

Coloniæ, 1532

VD16 M 1298

De quinq[ue] sensibus. c. 19.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35578

gignat filios, & malus malos. Achab enim regum Israel
pessimus, optimi filii ac piissimi Ioram pater fuit,
& econtrario Ezechias rex Iuda iustus ac sanctus Ma-
nassen genuit iniquum atque scelestum. Nemo itaque
suum peccatum patris prauitate excusat. Pater non por-
tabit iniuriam filij, nec filius nequitiam patris. An-
ima quæ peccauerit, ipsa punietur. Qualis cutusq; in a-
nimæ affectus fuerit, talia edet & opera. Intimo prius
cordis morbo medicina est adhibenda, ut in cute inde
nascentia hulcera curentur. Interiora si sana fuerint, ea
quæ foris sunt, pulchre ac probe se habebunt.

De quinque sensibus Cap. XIX.

ET qm̄ sensus nři viæ sunt per q̄s illa, quæ animæ
bonū corrūpunt, intus penetrare solent, quali cu-
stodia muniendi sint, ne id patiātur, nūc docere co-
nabor. Sensuū nřoꝝ impar numerus ē. Impar autem nume-
rus in scripturis diuinis mūdus habetur, par ꝑo immū-
doꝝ dī. Aīalia q̄ bina in arcā Noe ingrediuntur. ex im-
mundis sunt, ex mundis q̄ septena. Numeri ergo ratio-
nos instruit, ne qua culpa sensus nřos pollui sinamus, q̄s
impar supputatio puros esse debere oñdit. Quinario nu-
mero ideo censemur, vt p legis p̄cepta eos dirigas. qn-
q; enim volumina sunt Mosaicę disciplinę diuinitus de-
scriptae. Et q̄ gnarius etiā q̄ternarium cōtinet, p quem
euāgelia signātur, qcquid legi deest, de euāgelio adim-
pletur, vt sensus nō solum bonos habeamus, verum eti-
am perfectos. Quod si domino donante adepti fueri-
mus, tunc sequetur, quod ipse pollicitus est, dicens, Per
sequemini inimicos v̄ros, & corruent coram vobis, per
sequentur quinq; de v̄estrīs centum alienos, & centum
de vobis decem milia. Si enim sensus nostri
præceptis diuiniti muniti fuerint, vitiorum multitudo
aduersum illos præualere non poterit. Cadent a latere
eoꝝ mille & decem milia, ad eos autem nō appropin-
quabunt. Nō oculorū mundiciem inq̄nabit v̄sa mulier,
non aures demulcebit amatorius cantus, non naribus
blādietur ad mollitiem animi compositum vnguentum

Leuit. 26.

nec gustus integratatem luxuriosi corrumpet sapores.
neque tactum subuertere iniustæ actionis cupiditas v^a
lebit, Ab omni malarum passionum iniuria tuti erimus
si quoties oppugnamur, ad arma institutionis diuinæ
sanctorumque exemplorum protinus recurremus. Tūc
nempe Iesu duce quinque illi reges, id est, quinque cor
poris sensus, qui nobis imperando regnabant, ad spe
luncam conscientiæ nostræ compulos mori sibi coge
mus, vt iam viuere deo discāt obedireque spiritui, fer
ui eius facti, cuius antea domini fuerant. Tunc in euau
gilio quinque talēta nobis a domino credita, alia quin
que superlucrabuntur, duplicato quaestu spiritualium ne
gotiatione actionum. Tunc quinque virgines non iam
fatuae, sed prudentes, comparato misericordiæ oleo, ac
censisque lāpadibus charitatis, occurrentes cœlesti spō
so intrabunt cum eo ad nuptias æternæ celebritatis. Tūc
denique dicetur nobis, Beati oculi qui vident quæ vos
videtis. Multi prophetæ & reges voluerunt videre q^{uod} Luca. 10.
vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, &
non audierunt. Relinquamus igitur cum virtutis terre
nas vanitates, & non lacte sicut paruuli, sed sicut per
fecti solido cibo vt amur, exercitatos (vt Apostolus ait) Hebr. 5.
sensus habentes ad discretionem boni ac mali. Hoc est
in bonis operibus quotidie se exercēdo, mala autem fu
giēdo, eorūq^{ue} cupidini semp nob aduersanti repugnan
do. Siquidem sensus nostri (vt diximus) semitæ sunt,
a sede animi per corporis foramina patentes. Per has
hostes intrare desiderant, vt virtutum ciuitatem expu
gnent, & his expulsis ipsi ibi dominantur. Oculos quæ
cumque visu pulchra iucundaq^{ue} sunt, infestat: quæ si cō
cupiscere cœperit animus, per ianuam oculorum irrū
pit, siue Venereæ voluptatis turpis appetitio, siue pom
pæ luxuriæque festandæ cura, corporisque ornandi
stulta sedulitas. Auribus insidiantur lascivientium poe
tarum carmina, impudici cantus, tibicinum citharœ
dorumque soni: quibus delectatus animus, & inmol
lium resolutus, iam inimicis prodere ciuitatē medita
tur, & illos admittere p^{ro}porta male custoditi auditus.

Auditus.

Odorat⁹.

Olefactum debellare properant vnguenta, quod si odo
re per nares penetrante intus latens animus captus fu-
erit, omnibus muliebris⁹ delicijs ad se aditū aperiet
neque eum odoramentis ad luxuriam vtī pudebit. Cum
gusto certabunt esculentorum poculentorumque exqui-
siti sapores, quorum auditate superatus animus, per lu-
bricum gulę callem crapulam illabi permittet, ventriq;
fauere incipiens, temperantiæ renunciabit. Omnibus
autem aduersariis istis eorumque similibus viā tactus
patefaciens, quicquid per alios sensus affectauit, id per
se tandem opere completere maturabit, & dēmum ani-
mus ipse perditæ vitæ conscientia pulsatus, cum Iere-
mia queri poterit, flensque ac lugens exclamare, Mors
ascendet per fenestras nostras, ingressa est domos no-
stras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis.
Vitius enim dominantibus, bona animi concidere ac pe-
rire necesse est. Porro vt bona vigeant, & mala re-
pellantur, singulis remediis singuli roborandi atque
tuendi sensus erunt.

De visu. Caput XX.

Eccl. 27
Ezec. 20.

Eccl. 2.

Matt. 6.

Vergo mūdos habeas oculos, mundi pulchritu-
dinē immēsitatemq; intuere, & eins opificē ac gu-
bernatorem deum intellige, mirabiliumq; operę lauda
magis mirādū autorē. Si venustę mulieris forma occur-
rerit tibi, tūc cū prophetā deū deſcare: Auerte oculos me-
os ne videāt vanitatē. Quod si illa suū in te figat obtutū
tu retrahe tuū, & memento esse scriptū, Annuens oculo
fabricat iniq;. ppter eaq; p̄cipi ī Ezechiele, Vnusq; o-
culore suoq; offensiones ab̄sciat. Audi confitentem Sa-
lomonem: Oia (inqt)q; desiderauērūt oculi mei, nō ne-
gauī eis: & cum nihil omnino in hac vita permaneſurū
animaduerteret, exclamauit: Vanitas vanitatū, & omnia
vanitas. Audi & ſaluatoris in euāgelio dictū: Lucerna
corporis tui est oculus tuus: si oculus tuus fuerit ſim-
plex, totū corpus lucidū erit: si aut̄ oculus tuus fuerit ne-
quam, totū corpus tuum tenebroſum erit. Siquidem
oculi vagi & immodesti reliquorum quoque ſenuum